

Iari Sulphure, facilis negotio copulabitur, & successu temporis tandem transformabitur in Carbunculum rubicundissimum.

En aquam pluviam, plane aeriam, ætheriam, purissimam: quæ facile unitur cum terra hac sua tenuissima, & denique transit in ignem omnium subtilissimum, & perfectissimum. En illud oleum, seu balsamum philosophotum vere incom- bustibile; Aquam Regiam permanentem; Acerum illud phi- losophicum, omnia sublunaria corpora vere solvens, & in principia sua redigens: Chymiatris nostris Vulgaribus, Car- bonariis, & Spargyricis Vulcanicis plane ignotum. En Phæ- bum Philosophorum Hermeticorum, quem Phœbus ille cœ- lestis, vereque vitalis produxit in hoc mundo inferiore: cui tanquam Filio cum primis dilecto, omnes omnium siderum, plantarum, lapidum, animalium, ac mineralium pro- rie- tates & virtutes indidit, in forma quidem visibili ac sensibili: quas ipse in forma plane cœlesti, ætheria, insensili, & qua- si spirituali possidet.

AURELIUS. Proh Deum immortalem quid video? Agno- sco equidem materiam proximam veri illius, & vivifici rerum balsami; aurifcumque illud Semen, Radicem vernantem ac virescentem, imo matrem ipsam Solis Metallici fœcundissi- mam.

APOLLONIUS.

Semina hactantum puro spiramine ad auras
Ætherias, quantum radice in tartara tendunt:
Q. Auri tenues, aurae à penetrabilis ignes!

PALLADIUS. O sacro sanctum, ô summum Physicorum mysterium! En oculis conspicor nitidissimam illam Solis, i- mo Ætheris alti progeniem; Naturæ Miraculum, seu Orga- num multiplicis, ut sic loquar, Mirabilitatis in sublunari hoc mundo.

AURELIUS. O speculum totius Luminis Naturæ splendi- dissimum! Nunc ego longe aliis oculis, quam antehac, intu- eor Solem illum excelsum, ac cœlum ipsum sidereum, & acreum, totumque hoc pulcherrimum mundi sublunaris thea- trum: caussarum denique naturalium profundissima funda- menta iam nunc altiore ingenii indagine exquirere, atque ex- sculpere, evoluere, atquerevoluere, ayeo & gestio: Iamque mihi ad ipsum Solis solium aureum, ætherium, & vivifi- cum magis magisque ascendere, propriusque accedere vi- deor.

PAL